1888. XII. 62.

Sidus

~~Teatr.~~ 18~~30~~. br.

SIDUS OLORUM

Inter Sidera Poli Candidæ Gentis Polonæ
EXORTUM,
In
ALEXANDRO KOCHOWSKI,

Candidæ, ac Polonæ Genti consentaneæ mentis electione,
Servitutis ærumnis, ad SOLIS IUSTITIÆ obsequium, immortuo,
Genuino Graphio
EXPRESSUM.
Ab Illustrissima, Peril. Magnif. ac Prænob. Iuventute Rhetorica Coll: Varsav: Soc: JESU
Tragico Actu.
REPRÆSENTATUM.
Anno 1721.

ARGUMENTUM.

AD ulteriorem gloriæ Gentis Polonæ promotionem, post plurium Sarmaticorum Martyrum laureas, Alexander Kochowski á Scytha captus, venundatus Turcis, diu ad CHRISTI fidem deserendam solicitatus, temporalem libertatem, æternæ Filiorum DEI libertati postponens, in durissima servitute pro CHRISTO moritur. Kochowski Climact. 3.

PROLOGUS.

Pietas Christiana, dum Sarmaticos deprædicat Martyres, videt in Astra relatum Cygnum, auditá, occini: MIttet In fœDera gentes (Claud:) Cantator CIgnVs fVnerIs Ipse sVI. (Martial.) *Hinc ominatur Candidam Polonam Gentem, novo Martyre insigniendam.*

AC-

ACTUS PRIMUS.

Scena I. Mahometus IV. Turcarum Imperator, dum ſpolia ex deprædatione Regnorum collecta luſtrat, in annulo notat ſcriptum: *sVrget In IVDICIo CVM generatione Iſta. Matt.* 12. *v.* 42. In ſtella horologa: *AD horaM eXVLtate In LVCe. Ioan.* 5. *v.* 35. Hæc minimè perpendens, ſuperbo tumidus faſtu, ironicè dicit, ſors ſe premendum ab aliquo *Rege heſterno, demergendum ab ampulla* tot ætatum Gygantem. Aptaturus verò ad quæq; excelſa Soltanum, Majoratum ei in Aula attribuit; Florinum autem Succeſſorem ſore denuntiat, *Caput* eum Ottomanici populi vocans.

Scena II. Sachmetus, dum voluntatem Mahometi explorat de Alexandro, olim à Tartaris capto, vendito Turcis, renuente à CHRISTO recedere, Mahometus eum ſolicitandum commendat Skindero, jubetq; manumiſſum ex carcere lautius haberi.

Scena III. Sachmetus, invidens Præfecturam Aulæ traditam Soltano, conſtituit fingere, Polonos irruptionibus ſuis nocere confinibus Turcis: proinde ivadere proponit dandam inibi Præfecturam militum Soltano ſervido juveni (cui novit infenſos milites) ut ſic prodatur Polonis. Interim incidit in pugillares, legitq; : *keVerteIVr, & nIL ſe CVM aUferet De Labore. Eccl.* 5. *v.* 14. Quod intelligit de Soltano; ſuperveniente Mahometo, exequitur propoſitum, cedunt ex voto omnia.

Scena IV. Advenientem Alexandrum Mahometus acrioribus aggreditur verbis, dolosè demum à CHRISTO abducere nititur, nil proficiens, commendat eum Fallino tentandum. Alexander potiùs mortem præeligens, optansq; *Sacrum Tumulum*, nempe bonam mortem, legit in Imagine ab ethnicis (inſcijs quid id rei eſſet) donata: *LIngVaM-noLI aUDIre, & orI tVo jaCIto oſtIa & jeras Eccl.* 28. *v.* 28. Inde firmatur in propoſito, ominatur ſimul MARIÆ familiam Fore ſibi adjutorium.

Scena V. Soltanus oblatam ſibi eſſe gaudens Præfecturam, minatur extrema Polonis, Alexander eum hoc voto proſequitur. *Utinam ad manus Sacerdotis pervenias.* Abiens Soltanus reperit librum & legit: *TUnC apparebIt, qVID ILLI proſInt ſoMnIa sUa. Gen.* 27. *v.* 11. indignansq; abijcit. Alexander tollit & legit: *obſerVabIs & faCIes sICUt proMIsIſtI Deo tUo. Deut.* 23. *v.* 23.

CHORUS.

Genius Alexandri in pyramidibus, è truncatis Capitibus conſurgentibus, legit: IngrataqVe VIta & neC opInantI Mors aD CapUt aſtItIt ante. Lucret. l. 3. *paratumq; ſe ad quamvis carnificinam pro CHRISTO profitetur.*

ACTUS SECUNDUS.

Scena I. Mahometus diſcens, à CHRISTO non recedere Alexandrum, edictum promulgari jubet, ut in omnibus puteis ponatur effigies Mahometis, excepto uno, (qui, ut Gallus Phrygiæ fluvius, teſte Virg. l. 4. Faſt. inſaniam cauſat, ſumptis ſuis aqvis) quatenus haurientes aqvam ſaltem inclinatione præſtent honorem Mahometi. Ipſe verò in annulo, qui dicitur allatus poſt deprædationem Poloniæ, legit: *TUI proIeCtI sUnt, DorMIerUnt In CapIte. Iſa.* 25. *v.* 20. Sed ad hæc non attendit.

Scena II. Florinus impatiens moræ, perdere geſtiens Alexandrum, duos ad-

adferri jubet ſcyphos, unum ex puteo inſaniam cauſante, alterum è ſalubri; ſuperveniente illo, errat in accipiendis ſcyphis, bibit, & in inſaniam incidit, brevi in gladium, quem furibundus Szechmetus, Alexandrum necaturus, eduxerat è vagina.

Scena III. Mahometus fatiſcentem Florinum deflet, putans verificatum: *ad horam &c. SUrget &c.* memorq; ſe Florinum vocâſſe *Caput*, agnoſcit impletum: *TUI &c.* fateturq; ſe affligi *à Rege heſterno*, nempe non pridem in ſucceſſorem deſignato, de omnibusq; informatus, Szechmetum necat: Alexandrum vero duriſſimæ ſervituti addici jubet.

Scena IV. Fallinus exploraturus, quo desiderio reditum in patriam expoſcat Alexander, ut ſciat quibus artibus utendum ſit ad abſtrahendum à CHRISTO, fingit illum cras manumittendum: at Alexander illud revocat: *Lingvam &c.* Et: *obſervabis &c.* Profiteturq; victimam ſe malle fieri ethnici furoris, quàm abſtrahi ab Amore CHRISTI.

Scena V. Præſláus, dum pene intolerabilem paſſus ſitim confert ſe ad puteum, imaginem advertens Mahometis, haurire recuſat, alterumq; adit, bibit aqvam, brevi alienatur à mente, tandem obmuteſcit. Hoc obſervans Fallinus Crucifixum ab eo tollit, appendit prototypon Mahometis.

Scena VI. Fallinus nuntiat ſupervenienti Prawoſláo Præſláum deſeruiſſe CHRISTUM, conſtituiſſeq; nihil loqui, ne pervertâtur; oſtendit Crucifixum, quaſi ſibi redditum.

Scena VII. Prawoſláo triſti mente volventi eventum rei ſupervenit Præſláus, è cujus collo cum videt pendentem Mahometis effigiem, objurgat; nihil eo reponente, pene in deſperationem agitur. Progreſſus tandem Præſláus advertit Crucifixum, quem dum nititur accipere, ſubterfugit Crucifixus, ab inobſervato Fallino, magnete tractus (utpote ferreæ laminæ affixus.) Inde major Pravoſláo ſuſpicio ac mœror; accipit tamen Crucifixum, tradit Præſláo, quem dum in manus ſumit & dentibus ei lapidem alligatum, non bene ſanæ mentis imperio, detrahit, priſtinæ menti reſtituitur per qualitatem lapidis (zyngrites dicti, qui teſte Berchorio l. 11. c. 135. alienationem mentis amovet) enarrat ſeriem; hinc utrinq; lætitiæ cauſa.

CHORUS.

ALexandri Genius ad columnas è Capitibus Martyrum & calvarijs erectas, requieſcens, ingeminat: hIC erIt, hIC forſan DIXI Mea VIta. Hug. l. 3. ſuſpi. 5. *ad Martyrŷ coronam anhelat.*

ACTUS TERTIUS.

Scena I. Pravoſláus & Præſláus, dum præ ſiti langveſcunt, Alexander adfert (propter metum) aquam in pileo, quam expetentibus nepotibus, alter David effundit in terram, litans eam CHRISTO. Præſláus tenellus pene deliquium patiens, ad puteum contendit, ſed retinetur, CHRISTO demum hanc fatalem mortificationem offert.

Scena II. Soltanus, dum in finibus Poloniæ conſiſtens detonat contra Polonos, capitur ab ijs, revocansq; dictum Alexandri, promittentis ſe fore in manibus Sacerdotis, dum quærit, quinam homines ſint, reponunt ſe eſſe milites Ioannis Caſimiri, agnoſcit Regem intelligendum (Rex dicitur Manus Sacerdotis *Orich.* P. 2.) per Sacerdotis manum. Item impletum intelligit: *Tunc apparebit &c.*

Sce-

Scena III. Lachmetus à captivo discens magnum collectum exercitum à Polonis, nutu ablegat quemdam ad Imperatorem; interim dum supervenit Cechmanus, elabitur captivus.

Scena IV. Mahometus, dum omnibus Christianis excidium minatur, informatur de capto Soltano à Polonis, auctoq; exercitu illorum, actus in furias, manus impetu propellente, radijs stellæ horologæ læditur, revocans se locutum per contemptum *de Rege hesterno*, intelligit Ioannem Casimirum (Ioannes Casimirus Rex hesternus dictus. *Koch. Climac.* 3.) denotasse; incidens brevi in Alexandrum, deserendum CHRISTUM svadet, nihil evincens, ad duriorem destinat servitutem.

Scena V. Mahometus, dum plures eidem servituti se addicturum minatur, ac suo subjecta sceptro Regna ad Mahometem inclinaturum spondet, prosilit è sceptro serpens, tandem alij ex purpura, ex corona reliqui. Hoc malo perculsus intelligit verificatum illud: *surget* &c. *Ad horam*, &c. revocansq; cum fastu dixisse non *demersuram se ampullam*, reducit in memoriam suo jussu spoliatum esse Cœnobium *Ampulla*, dictum, & ob id etiam perire se indolet.

Scena VI. Alexander jam pene agens animam intuitus Imaginem. B. V. MARIÆ, Effigiem Constantinopolitanam exprimentem, dicit se ad sacrum mori Tumulum (Ædes B. V. MARIÆ Constantinopolitana *Sacer Tumulus* dicitur; *Maracci. in Cæsar. Marian.*) gaudet demum se præmonitum per illud: *Linguâ &c.* impletumq; præceptum: *observabis &c.*

Scena VII. Dum revocat se sperâsse adjutorium *à Familia MARIÆ* Alexander, supervenit Hungarus Christianus, gratulatur datam occasionem patiendi ac moriendi pro CHRISTO, ac animat ad finalem patientiam, intelligit hunc esse ex MARIÆ (Hungaria MARIÆ familia dicitur *Maracci. in Cæsar. Marian.*) familia. Fatiscens demum Alexander, commendat nepotes retinendos in fide, si supervivant, ipse verò ad libertatem Filiorum DEI evolat.

EPILOGUS.

Apostrophe ad CHRISTUM Passum.

Ad
M. D. T. O. M. G. B. V. M. S. L. O. C. Honorem